

VIPERAS CUM HERBIS
 Venenosis, tum animantibus vesci, &
 propterea pessimum esse venenum, &
 carnem esse alexiteriam praeca-
 teris veneno contra-
 riam.

CAP. VIII.



Uo cibi genere
 campestres Vipe-
 ræ utantur partim
 Aristoteles libro
 4. de historia ani-
 malium cap. 49.


Tradit enim scor-
 pionibus campestribus vivere, ex eis-
 que fieri venenosiores. Pausanias ex
 venenosis herbis evadere maximè ve-
 nenatas, ex quorundam sermone re-
 fert. Auctor ad Pisonem cap. 13. her-
 bis & animalibus venenosis vesci, bu-
 prestidibus, pineis erucis, canthari-
 dibus, phalangiis, atque eis esse con-
 grua alimenta; mure araneo, stellio-
 nibus

nibus, scarabeis, paruisque bubonibus, salamandris, & aliis hujusmodi uti, ex dissectionibus innotuit; eas verò diutius retinere in doliis cretaeis sinè nutrimento, ut quidam solent, minus commodum est: quoniam sine cibo contabescunt ob peculiaris alimenti inopiam; quidam verò furfure nutriunt. Quod vero vipera saepe mordens venenum amittat, ut apes quasi aculeum, ut idem ad Pisonem auctor asseruit, id verum esse minus mihi arridet, si in dente, ut jam confirmatum est, complantatum à natura venenum fuit, ex eo potissimum, quod quandoque ex mortuæ Viperae dente tacti mortui & ipsi conciderunt, veluti hi, qui pastinacæ mortuæ radiis transfixi decumbunt, & ex hoc etiam probatur, quod ab eadem Vipera, canes, felos, galli, aliaque animalia simul, & semel tacta mortua conciderint parvo temporis spatio. Viperae igitur venosæ, sunt ascititio veneno etiam, quoniam cibus
 utun-

utuntur venenosis, & vim in dentibus reconditam venenosam, reddi quoque præpotentiorē, & multo magis efficacem, & propterea mirum non est, si ejus caro adversus omnia venena reptilium utilis & admodum apta sit ad expellendum venenum; quoniam virulenta omnia sui veneni amuletum in carne habere certum est. Si Vipera omnium ferè carnibus nutritur ut jam cognitum est, necessum, & venenum aliorum mistione reddi nocentius, quod à solo scorpione fieri Aristoteles arbitratus fuerat. Caro quoque alexiteria multo efficacior & aptior ad expellendum redditur, intus sumpta, quòd etiam ipsa experientia comprobatur; à Viparina enim carne venena omnia, cum evinci, tum mirificè expelli, & in hominum salutem in dies experiri vim ejus alexiteriam efficacissimam, & non parvam etiam inter hæc duo intercedere similitudinem, jam cognitum est antea: nunc quoque ad ex-

50 DE VIPERÆ NATURA

pellendas omnes materias venenosas
& ipsa venena, carnem habere mirifi-
cam facultatem, tum ex propria ipsius
viperæ natura, tum ex peculiari sui
alimenti usu continuo.



DE VIPERÆ COITU, ET
partu, & an cum aliis misceatur,
præcipuè cum Mu-
rana.

CAP. IX.



ERPENTES O-
mnes complexu a-
deo circumvolutæ
coeunt, ut una exi-
stimari biceps pos-
sit, ut ex Aristotele
tradit Plin. lib. 10.
cap. 62. Uteri osculum in quod fe-
men à mare immittitur per penem in
postrema ferè caudæ parte residet, u-
bi